Entstehungsort unbestimmt, 1578

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Omnipotens sempiterne deus, qui hac sacratissima nocte cum potentia tue maiestatis resurgens, portas inferni confregisti, et omnibus hic detentis dexteram tue misericordie porrexisti, scilicet miserando diucius penis estuantes iehenne cruciari, quos dudum ad imaginem tuam iustisti creari, te quesumus indigni nos vltimam partem creature, vt per gratiam tue miserationis ac pietate resurrectionis tue amore, nec non omnium sanctarum animarum, quas hac sacratissima nocte de penis inferni ad celestia regna perduxisti, simulque per omne misterium quod in resurrectione tua celebrasti, nobis indignis ac fragilibus peccatoribus omnium peccatorum nostrorum indulgentiam largiri digneris, atque iram et furorem indignationemque vindicte tue a nobis repellas, auxilium consolationem et protectionem in omnibus prestes ac infirmitatibus corporis et anime nobis concedas, et sicut corpus tue humanitatis quod ad tempus pro nostra salute exuisti, post tri-